C. CRISPI SALLVSTII in M. T. Ciceronem Oratio: & Ciceronis in eundem Responsio: cū F. Syluii Ambiani Commentariis.



Apud Iodocum Badium Ascensium.
Cum priuilegio.

Priuilegium.

CAutum est auctoritate subregia, ne quisq̃ Commentarios Francisci Syluii Ambiani in orationem Sallustii in Ciceronẽ, & in Responsionẽ Ciceronis in Sallustium editos aut edendos triennio post impressionẽ aut recognitionem, rursus imprimere audeat, aut aliubi impressos diuendere, sub pœna cõfiscationis librorum impressorum & arbitraria: præter eum cui eos commiserit. Commisit autem hos & plures alios Iodoco Badio Ascensio: tradito illi diplomate signato manu C.V. Parisieñ. Præpositi.

De la Barre.

FRanciscus Syluius Clarissimo Viro Ioanni Morino Parisiẽsium Propraetori S.



Tilissimum esse Quintilianus scribit, vtrinq; habitas actiones legere, vt Demosthenis & Aeschinis inter se contrarias. Hac enim rati one fit, vt causas norimus melius, & si quid a librariis corruptum sit, emendemus facilius. Humanis literis q̃ bene prouisum foret, si edi tae orationes eae, quae Ciceronis actionibus contrariae fuerint extarẽt. Tuberonis in Ligarium, Hortẽsii pro Verre actiones Quintiliani ętate extabant. Vtrinq; habitas orationes legere nõ vtile solũ, verumetiã iucundũ esse arbitror. Ipsa em̃ orato- rum contentio velut sub oculos subiecta non mediocrẽ affert voluptatem. Qualem capturum te esse ex hac Ciceronis & Sal lustii contentione, spero: quae in curia non in foro facta est. Quod si hęc Ciceronis oratio aliis ab eo editis inferior esse vi- deatur, nihil est quod suspicere an Ciceronis non sit. Permul- tis enim concessum est, id quod Ciceroni cõtigit, vt melius scri bant q̃ dicant. Quas edidit Cicero orationes eas postea scripsit quam habuit. Orationẽ in Senatu post reditũ habitã, de scri- pto se dixisse affirmat. Milonis defensionem postea scriptã Mi- lo ipse probauit maxime. Ea ne iudicibus quidem quum dice batur probata est. Hanc igitur a notariis quibusdam, quum Cicero diceret, exceptam esse arbitror, nec a Cicerone editam. In has Sallustii & Ciceronis orationes cõmentarios tuo nomĩ ni dicam⁹, eos iucunde vt accipias te obsecro. Bene vale. Parisiis ex schola Tornaca X. die Maii M.D.XXXII.

F. SYLVII AMBIANI IN DVAS
sequentes orationes Argumentum.

ILLVD vsu venire solet, vt inimicitię grauiores sint inter eos, qui amici aliquãdo fuerũt. Quales fuerũt inter Syllã & Marium, inter P. Sulpitium & Q. Pompeium, inter Ciceronẽ & Clodium, inter eundem Ciceronem & M. Antonium. C. Sallustium Ciceronis amicum fuisse satis constat ex historia belli Catilinæ, in qua Ciceronem Sallustius commẽdat. Sallustium familiarem suum Q. Cicero in libro de diuinatione primo appellat. Inter eos ortæ sunt inimicitiæ: quia T. Annius Milo Sallustium in serui habitu in adulterio vxoris suæ, filiæ Syllæ, depræhensum loris cecidit, & quum dedisset pecuniam dimisit: vt est apud A. Gellium capite. xviii. libri. xvii. & Seruiũ libro Commentariorum in Aeneid. Virgilii. vi. Eã ob rem Milo factus est Sallustio inimicus, multasq; Sallustius Trib. pl. occiso P. Clodio in Milonem habuit conciones, vt est apud Asconium Pædianum. Cum Sallustio Milonis causa Cicero inimicitias suscepit. Is enim in oratione pro Milone, inimicitias potentum pro eo Milone se appetiuisse, eiusq; inimicorum armis corpus ac vitam obtulisse dicit. Quum igitur Cicero & Sallustius inimici essent, inter eos in Senatu dissensio etiam contumeliosa fuit. Quocirca Sallustius ex tempore hanc orationẽ in Ciceronem habuit, cui Cicero itidem ex tẽpore respondet. Orationes sunt demonstratiuæ. Acerbam enim vituperationẽ vtraq; continet. Ciceronem Sallustius vituperat a vitiis pueritiæ, & adolescentiæ, a vitiis domesticis, a domo in qua habitat, a Consulatu perniciose gesto, a coniuratione Catilinæ, a quæstione de cõiuratis facta, a iactatione, a leuitate. Vti procemio vsus non est, ita nec conclusione vtitur: quãuis inchoandæ orationis ratio quædam fuerit, nullus tamen fuit definendi modus. Est tamen quod coniectem Sallustium plura non dixisse, quod ad ea solum quæ in oratione extant, Cicero respõdeat. Ita autem respondet Cicero, vt alia refutet, alia aut similia in inimicũ retorqueat, eumq; nouis quibusdã infamet. Quis Cicero orationes scribere solit⁹ sit, postq̃ eas habuerat,

hanc tamen a Cicerone ſcriptam non arbitror, ſed a notariis quibuſdam, quum diceretur, exceptam, quod tam abſoluta nõ ſit, quam aliæ, quas ipſe edidit. Hę orationes multis in locis mẽdoſę erant, ſed nos adiuti vetuſto quodam e diui Victoris bibliotheca exemplo, alioq́; annis abhinc quadraginta Venetiis impreſſo, & Laurentii Vallæ elegantiis, multa reſtituimus. Hęc autem inter Salluſtium & Ciceronem contentio fuit poſt necem C. Cæſaris.

C. CRISPI SALLV-STII IN M. TVL. CICERONEM.



RAVITER ET INIQVO Animo maledicta tua paterer M. Tulli, si te scirem iudicio magis, q̃ morbo animi petulantia ista vti: sed cum in te neq; modũ neq; modestiã vllam animaduerto, respondebo tibi, vt si quam voluptatem male dicendo cepisti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem P.C. diripi Rempub. atq; audacissimo cuique esse perfidię locum?

Grauiter & iniquo animo) Quæ in nos ab inimicis per contumeliã dicuntur, si nos contemnere significemus, inimicos afficiunt grauius. Iudicio) id est consilio & sana mente. Morbo animi) id est temere & quadam insania. Petulantia) Petulantia, vt ait Sex. Pompeius, a petendo dicta est. M. Tullius de Repub. libro quarto, Itaq; a petendo petulantia, a procando id est poscendo procacitas nominata est. Est autẽ petulantia, vt ait No. Marcellus, improbitas. Cicero de Oratore libro secundo, Illud assequor, vt si quis mihi forte maledicat, petulans aut sane insanus esse videatur. Hoc in loco petulantia pro ea improbitate, & vt ita dicam maledicentia dici videtur. Laurentius Valla libro quarto proteruiam esse dicit contumeliam leuiorem, procacitatem maiorem, petulantiam maximam: id vt probet, hunc Sallustii locum, multosque ex proxima Ciceronis oratione locos citat. Apud quem hunc locũ ita lego, Si te scirem iudicio animi magis quam morbo petulantia ista vti.

Petulãtia

Neq; modũ).i. maledicendi finem & mensurã. Neq; modestiã).i. temperantiã. Male dicendo) duas esse voces Valla libro tertio significat, veluti quũ dicimus, male opto, male precor. Idẽ scribit male audire esse infamari crimina sua audiẽtẽ, cui⁹ cõtrariũ est male dicere, citatq; hunc Sallustii locũ. Voluptatẽ cepisti) vt Cic. lib. epistolarũ familiarũ. iij. Hoc velim tibi persuadeas, si rationib⁹ meis a te prouisũ esse intellexero, magnã te ex eo, & ꝑpetuã voluptatẽ eẽ capturũ. Capere lętitiã, detrimẽtũ, & dolorẽ dici alio loco ꝓbauim⁹. Amittere voluptatẽ dici ex hoc loco est

Sapere voluptatem
Amittere voluptatẽ

Largitio. attendendum. Vbi querar? quos implorem?) Addubitatio est, quâ in augenda re vti solemus. Largitionibus) Largitionem fere in mala re Cicero quoque vsurpare solet, vt sit aut prodigalitas, aut id quod datur hominibus in corruptelam, vt testibus, vt iudicibus.

An ad populum Romanum? qui ita largitionibus corruptus est, vt se ipse ac fortunas suas vęnales habeat: an apud vos Patres conscripti? quorũ auctoritas turpissimo cuique & sceleratissimo ludibrio est: vbi Marcus Tullius leges, iudiciaq; populi Romani defendit: atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi Scipionis Aphricani ac non reptitius, accitus & paulo ante insitus huic vrbi ciuis. An vero M. Tulli facta ac dicta tua obscura sunt? an nõ ita a pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? An scilicet istam immoderatam eloquentiam apud Marcũ Pisonem nõ pudicitiæ iactura perdidicisti? Itaq; minime mirandum est, si eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti.

Se ipse ac fortunas suas vænales habeat) Huic dissimile non est illud Iugurthæ dictum, qui quum Roma cederet, quo euocatus fuerat, O vrbem, inquit, vænalem, & cito perituram si emptorem inuenerit. Auctor est Titus Liuius libro sexagesimoquarto. Leges iudicia populi Romani) In alio codice scriptum est, Leges iudiciaque: in alio, leges, iudicia, rempublicam.

Municipũ duę patrię

In hoc ordine) Senatorio

Reptitius

Reptitius) Magis placet vt reptitius legatur, q̃ vt in aliis codicibus, repertitius. Cicero enĩ in villa quadam prope Arpinũ se natũ dicit in libro de Legibus secũdo. Quia tamen erat ex municipio ciuis Romanus erat. Omnibus enim municipibus duę erant patriæ, vna naturę. i. loci in quo quis natus esset: altera ciuitatis, vt Cato cũ esset Tusculi natus in populi Ro. ciuitatẽ susceptus est. Reptitiũ dicit q tanq̃ serpẽs humiliter in Rom. ciuitatẽ irrepserit. L. Torquatus in P. Syllæ accusatiõe Numã primũ, Tarquiniũ scdm, & Ciceronẽ tertiũ pegrinũ eẽ regẽ dixit.

Cicero in Syllæ defensione vt regem,ita peregrinum se non esse ostendit. Negat cuiquam ex municipiis id esse obiectum,quum Coruncan⁹, Curius,Cato, Marius ex municipiis fuerint,cũq; hi duo proximi multos habuerint inimicos.Romulũ Arpinatem,postea Ciceronem Sallustius appellat. Accitus).i. euocatus,nõ natus. Insitus)Translatio ab arboribus est,quæ ex solo,in quo innatę & nutritæ sunt,in aliud solum transferuntur,& vt ita dicã transplantãtur. A pueritia vixisti) Hæc scelera quę Tullio Sallustius obiicit,arbitror esse ex vituperandi cõsuetudine,magisq̃ ex certo animi iudicio. Vt Cicero dicit L.Cornelio Balbo obiectã esse ab accusatoribus luxuriã,quę nõ crimine aliquo libidinis,sed cõmuni maledicto notabatur. Quis enim hæc in Cicerone credat,quę in aliis reprehẽdere solet? Quod alteri) In codice sancti Victoris melius est,quod alicui. Immoderatã eloquentiã)Aduersarii eloquẽtiã Cicero cõmendat,quo nomine eã auditorib⁹ facit suspitiosã, vt pro P.Quintio nõnihil se dicit cõmoueri ne se Q. Hortensii eloquentia in dicendo impediat.Ne igitur Ciceronis responsioni credatur, insinuat.

Apud M.Pisonem)Cicero in libro de claris Oratoribus declamitantem se quotidie cum M.Pisone & cũ Q.Pompeio,aut cũ aliquo cõmentatũ esse dicit.Hunc Pisonem Cicero pro Cn.Planco nobilissimum hominem,innocentissimum,& eloquentissimum appellat. Hunc in libro de Finibus quarto familiarem suum appellat.& libro quinto facit eum disputãtẽ de secta Peripateticorũ Flagitiose venditas)quũ ob patrocinia grandẽ pecuniã accipis. Mercenariũ patronũ hunc postea appellat. M.Piso.

Verum vt opinor splendor domesticus tibi aĩos tollit, vxor sacrilega ac periuriis †delibuta:filia matris pellex, tibi iucundior atq; obsequentior, q̃ parenti par est, domũ ipsam tuã vi & rapinis funestã tibi ac tuis cõparasti, videlicet vt nos commonefacias, q̃ conuersa sit resp. cũ in ea domo habitares homo flagitiosissime,quæ P.Crassi viri †Cõsularis fuit. Atq; cũ hæc ita sint,tamẽ se Cicero dicit in cõcilio deorũ immortaliũ fuisse: inde missum huic vrbi,ciuibusq; custodẽ,absq; carnificis noĩe qui ciuitatis incõmodũ in gloriã suam ponit, quasi vero non illius coniurationis causa fuerit Cõsulatus tuus & idcirco resp.disiecta eo tempore,quo te custodem habebat.

†nobilitata.

†clarissimi.

Splendor domesticus) id est infamia domus tuæ. Ironia est. Tibi animos tollit) id est te superbũ facit, vt in me sis tantum petulãs. Vxor sacrilega) Terentia Ciceronis vxor non inertis ingenii, audax & ambitiosa fuit, vt in Ciceronis vita Plutarchus scripsit. Cicero libro epistolarũ ad Atticũ xi. scripsit ex Philotimo auditũ esse Terentiã scelerate quędã facere. Ea aũt vixit annos cxvii. vt ait Plinius libro vii. Periuriis delibuta) Melius in aliis codicibus est nobilitata. Nobilitatũ ẽm etiam in malã partẽ dicitur, vt in libro de officiis secundo, Testis est Phalaris, cuius pręter ceteros nobilitata crudelitas est. Filia matris pellex). i. Tullia filia tua, cũ qua tu cõcubuisti. Vi & rapinis). i. pecunia flagitiose comparata. Nã paulo post dicet, sanguine & miseriis ciuiũ Ciceronẽ emisse domũ. Quã cõuersa sit resp.) In codice alio scriptũ est, quã conuersa res sit. Quũ in ea domo habitares &c.) Odiosum ẽm est, quũ a pretereuntibus dicitur, O domus antiqua, q̃ dispari domino dominaris. Ciceronis domus in Palatio fuit. Eam P. Crassi antea fuisse hic Sallustius dicit. Post Ciceronem fuit Cẽsorini, vt ait Velleius paterculus. P. Crassus vir amplissim⁹ Scęuolę frater fuit, vt ait Cicero in libro de Oratore primo. Haud scio an L. Crassi scribendũ esset. L. enim Crassus orator magnificã domũ in Palatio habuit, quę ei hęreditate obuẽit, vt ait Plin. cap. primo libri xvii. Hunc Budeus libro de Asse tertio sexagies sestertiũ, id est centũ & quinquaginta millibus aureorũ nostrorum habitasse dicit. Vt Ciceroni Sallustius obiicit quod in domo P. Crass habitet, ita L. Cornelio Balbo ab accusatore obiectũ Cicero dicit, quod Tusculanũ possideret, quod Q. Metelli, & L. Crassi fuerat. Illud, inquit Cicero, nesciebat accusator, prædiorum nullã esse gentem, eaq; emptionibus sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos, non legibus tanq̃ tutelas peruenire. In concilio deorum immortaliũ fuisse) Vbi id dicat Cicero, legere non memini, nec puto esse in libris iis, qui extent. Absq; carnificis nomine). i. sine vlla crudelitate, si emẽdata lectio est. Ciuitatis incõmodũ). i. Catilinæ cõiurationẽ, ob quã ciues alii in carcere iugulati sunt, alii in prælio necati, alii exilio se multauerũt. In gloriam suam ponit) Sæpe ẽm gloriatur Cicero quod hãc coniurationẽ Consul oppresserit. In gloriã suã ponit) Hoc dixit, quemadmodũ in gratiã ponere dixit libro epistolarum famil. viij. Si quid quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiã. Idem tamen dicit pro A. Cluentio ponere in culpa, Omnes qui Oppianicũ condemnarunt, in culpa sunt ac suspitione ponendi. Fuerit Cõsulatus tuus) Videtur significare Sallustius Catilinã ad coniurationẽ impulsum fuisse, quod videret in Consulatus adeptione sibi patritio Ciceronẽ hominem nouum præpositũ fuisse. Sed certe ante Consulatũ Ciceroni mandatũ, Catilinę coniuratio cœpit, vt idem Sallustius scribit in bello Catilinario.

Terentia Ciceronis vxor.

Nobilitatum.

Ciceronis domus.

P. Crassus.

Ponere in gloriam.

Sed vt opinor illa te magis extollunt, quæ post Consulatum cum Terentia vxore de repub. consuluisti: cum legis Plantiæ iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam ædificabat, alius domum emebat, qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus: is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias Senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domum paraueris, Tusculanum & Pompeianum infinito sumptu ædificaueris: aut si retices, cui potest esse dubium, quin opulentiam istam ex sanguine & miseriis ciuium paraueris?

Te magis extollunt) vt mihi maledicas. Cum Terentia vxore) Terentia curarũ reip. a Cicerone facta est participans, magis quam ab ea domesticę, vt ex Ciceronis sententia Plutarchus scribit. Hanc a Cicerone postquam ab exilio rediit repudiatam idem scribit, quod molesta nimis & turbulenta esset. Quam postea Sallustius, & postremo Messala Coruinus vxorẽ duxerũt. Quũ legis Plancię) Plautię non Plãcię legi debet, vt Sallustius dicit Catilinam lege Plautia interrogatũ a L. Paulo. Vt aũt cautem & cotem, plaustrũ & plostrũ dicimus, ita legẽ Plautiam, & Plotiã dici inuenias. Est autem lex Plotia, quam M. Plotius Syllanus Trib. pl. tulit de vi quæ est in eos qui remp. oppugnent. De qua fusius scripsimus in Milonianã. Ciceroni postquam abiit Consulatu, a Senatu mandatum est, vt qui in coniuratione fuissent, inquireret. Eos igitur lege Plotia Cicero interrogabat. Cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam ædificabat) Tusculana villa dicta est, quod in agro Tusculano ædificata sit, vt Pompeiana, quod in agro Pompeiano. Villam Tusculanam Lucius Sylla ante Ciceronem possedit, vt ait Plinius capite sexto libri vigesimisecundi.

Lex Plautia.

Tusculana & Pompeiana villæ

Nihil poterat.)i.pauper erat. Calũniæ.)i.crimini, aut calumnię tuę .i.malitiosę & mẽdaci infamationi.Fortasse coniurationi nõ calumnię scribendum sit. Quantum patrimonii acceperis)Significat Sallustius Ciceronem paruum patrimoniũ accepisse,& paruum ex accusatiõibus & defensionibus quæstum fecisse, cõparatione pecuniæ eius, qua domũ emerit,Tusculanũ et Pompeianũ ędificauerit.Vnde colligit ex sanguine & miseriis ciuium tantam pecuniam cõparatam esse. Domũ parueris)id est emeris.Ciceronem non minoris quinquaginta millibus aureorũ coronatorũ habitasse,Budæus in libro de Asse tertio colligit. Ea, vt arbitror,domus est, quã vt emeret Cicero a P.Sylla,qui tũ reus erat,vicies sestertiũ.i.quinquaginta millia aureorũ mutuo accepit, vt est apud A.Gelliũ cap.xii.lib.xii. Infinito sumptu.)Ciceronis Tusculanũ æstimatũ fuisse.xij.millib⁹ & quingẽtis aureis Budæus scribit de Asse lib.iii. Infinito.)i.maximo.Vt in oratione Cice. pro M.Cælio,Nũ quã Cæli⁹ tam amens fuisset,vt si se iste infinito ambitu cõmaculasset, ambit⁹alterũ accusaret. Cui potest esse dubiũ &c.)Argumẽtũ ex remotione est ad hũc modũ. Pecuniã habuisti infinitã.igitur aut ex patrimonio aut ex litibus, aut ex sanguine & miserijs ciuium:sed non ex patrimonio.neq; ex litibus tantã habere potuisti; relinquitᷣ ex sanguine & ex miserijs ciuium,eorum,quos lege Plotia interrogasti.

Cicero quãti habitauerit.

Tusculana villa.

Verum vt opinor homo nouus Arpinas, ex M. Crassi familia,eius virtutem imitatur,contemnit simultatẽ hominum nobilium,populi Ro.curam habet,neq; terrore neq; gratia commouetur. Illud vero amicitia tãtum ac virtus est animi? immo vero homo leuissimus, supplex inimicis,amicis contumeliosus,modo harum,modo illarum partium,nemini fidus, leuissimus Senator, mercenarius patronus,cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat,lingua vana,manus rapacissimę,gula immensa,pedes fugaces:quę honeste nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cum eiusmodi sit, tamen audet dicere,O fortunatã natã me Consule Romã.Te Cõsule fortunatã Cicero? imo vero infelicẽ & miserã,quę crudelissimã ꝓscriptionẽ ciuiũ perpessa est,cũ tu turbata Repub.metu perculsos omẽs bonos parere crudelitati tuę

O fortunatã &c.

cogebas: cum omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant: cum tu sublata lege Portia, erepta libertate, nostrorũ oĩm vitę necisq; potestatẽ ad te vnũ reuocaueras.

Ex M. Crassi familia.) Ironia est. Eius virtutẽ imitatur. Crassus enim ex paterna hęreditate tantum trecenta talenta accepit, prius tamen quam aduersus Parthos exercitũ duceret, septem millia & centũ talenta coegit, quãuis Herculi facultatum suarum partem decimã consecrasset, P. R. epulũ publicũ dedisset, & minas ternas in singula ciuiũ capita contulisset. Author est Plutarchus in eius vita, vbi scribit qua ratione tam cito diues factus sit. Remp. charam habet.) In codicib^9 alijs melius scriptũ est, populi Ro. curam habet. Amicitiæ tantum ac virtutis est.) Melius lego in codicibus alijs, Amicitia tantum ac virtus est. Perseuerat autem in Ironia. Supplex inimicis) Cicero vocatus in iudicium a Clodio Trib. pleb. quod contra fas ac maiorum leges de coniuratis causa indicta supplicium sumpsisset, adeo fracto animo atque demisso fuit, vt profluente coma per vicos & angiport^9 amicos iuxta & inimicos supplex orauerit, vt sibi adessent. Mercenarius patronus,) quod mercedis causa reos defendat. Quod idẽ Hortẽsio Cicero obiicit de sphinge Verris. Id autem turpe erat. Itaque Cicero ne in talẽ incidat suspitionẽ in procemijs defensionũ causam honestã solet dicere, cur ad defendẽdũ reũ accesserit. A turpitudine vacat) Vacat turpitudine & vacat a turpitudĩe in eadẽ re dici alio loco docuim^9. Pedes fugaces) Hoc dicit ꝑpter Ciceronis exiliũ. Audet dicere, O fortunatã &c.) Quintil. in lib. xj. scribẽs de iactatione oratori fugiẽda, M. inquit, Tulli^9 sæpe dicit de oppſsa cõiuratione Catilinæ, sed modo id virtuti Senatus, modo prouidentię deorũ immortalium assignat, plerũq; contra inimicos atque obtrectatores plus vendicat sibi. Erant enim tuenda, quũ obiicerentur. In carminibus vtinã pepercisset, quę nõ desierunt carpere maligni. Cedãt arma togę, cõcedat laurea linguæ &c. O fortunatam natam me consule Romã. Et Iouẽ illũ a quo in concilĩũ deorũ aduocatur. Et Mineruã, quę eum artes edocuit. Quę sibi ille secutus quędã Gręcorũ exempla permiserat. Hoc in libris suorũ temporum Ciceronẽ dixisse Valla adnotauit. Cicero aũt libro epist. famil. primo P. Lentulo scripsisse se dicit versibus libros tres de suis temporibus. Natam me consule Romam.) Cicero in Inuectiua tertia in Catilinam ostendit diem eum quo deprehensi & confessi coniurati sunt, velut diẽ vrbis natalẽ celebrãdũ esse. In tua libidine.) id est in tua voluntate & potestate. Nam vt ait Sallustius in bello Catilinario, quũ esset coniuratio vulgi rumoribus exagitata, de eaque ad Senatum relatum

M. Crassus

Vacat turpitudine.

Ciceronis iactatio.

Ciceronis libri de suis temporibus.

esset, decreuit Senatus, Vt Consules darent operam, ne quid Respu. detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios, atque ciues, domi militiæque imperium atq; iudicium summum habere. Aliter sine populi iussu nulli earum rerum Consuli ius erat. Sublata lege Porcia) Romani veteres morem Græciæ imitati verberibus animaduertebant in ciues, de cõdemnatis summum supplicium sumebant: vt est apud Sallustium in oratione C. Cæsaris de pœna coniuratorum. Postea lata lex Porcia est, quæ graui pœna sanxit, siquis verberasset necassetve ciuem Romanum, vt ait T. Liuius libro. x. Lex Porcia libertatem ciuium lictori eripuit, Virgas enim ab omnium ciuium Romanorũ corpore amouit: vt ait Cicero pro C. Rabirio perduellionis reo. Nostrorum omnium) Omnium nostrum a cicerone dici solitum alibi admonuimus. Nostram omnium ex grammaticorum præceptione dicendum esset.

Lex Porcia.

Atq; parum est q; impune fecisti, verum etiam commemorando exprobras: neque licet obliuisci seruitutis suę. Egeris oro te Cicero, perfeceris quodlibet, satis est perpessos esse: etiam ne aures nostras onerabis tuo odio? etiam ne molestissimis verbis insectabere? Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. quasi vero togatus & non armatus ea, quæ gloriaris, confeceris: atq; inter te Syllamq; Dictatorem præter nomen Imperii quicq̃ interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnis artes edocuit: Iupiter optimus Max. in consilium deorum admisit: Italia exulem humeris suis reportauit.

Neq; licet obliuisci seruitutis suæ) id est non licet populo Ro. obliuisci seruitutis eius, quam te Consule seruiuit. In codice antiquo scriptũ est, seueritatis tuę non seruitutis suæ. Egeris oro te) Concessio est. Oro te) id est quæso. Etiã ne aures nostras onerabis tuo odio?) id est etiam ne inuitis nobis, quæ odiosa sunt, & quę nos audire nolumus, iactabis. Onerabis odio dixit, vti Cicero libro epistolarum familiarium tertio onerare mendaciis, Te autem quibus mẽdaciis homines leuissimi onerarunt? Cedãt arma togæ) Quia pacis & otii insigne toga est, arma autem tumultus & belli, Cicero more poetarum locutus hoc intelligi vo

Onerare odio.

Cędaẽ arma togæ.

luit bellum ac tumultum paci atq; otio concessurum: vt ipse explicat in oratione in L. Pisonē, quū Piso hunc versum repræhēdisset. In libro quoq; de Officiis primo in hoc versu iuuadi se ab inuidis & improbis dicit. Et non armatus) C. Antonius Ciceronis Consulis collega per M. Petreiū Legatū armis Catilinā superauit. Sed quę Cicero fecit, ea togatus fecit. Pręter nomen imperii) Tu enim Consul, Sylla vero Dictator erat. Quem Minerua &c) vt de se iactanter Cicero dixit. Italia exulē suis humeris reportauit) Hoc quoq; a Cicerone dictū arbitror in libris de tēporibus suis. Ciceroni decimo exilij sui mēse tāta singulorū lætitia, tāto ciuiū studio obuiā itum est, vt, quod ab ipso memoratur, se Romam Italiæ humeris reportatū res ipsa superauerit: vt in eius vita Plutarchus scripsit. Glorianti Ciceroni humeris se Reipu. de exilio reportatum Vatinius dixit, Vnde ergo tibi varices? vt ait Macrobius libro Saturnalium secundo.

Oro te Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paulos, Scipiones, Fabios superasti, quem tādem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes Reipu. placent? quem amicum, quem inimicum habes? Cui insidias in ciuitate fecisti, quo iure cum de exilio tuo Dyrrhachio rediisti, eum sequebaris? quos Tyrannos appellabas, eorū nunc potentiæ faues: qui tibi ante optimates videbantur, eosdē nunc dementes ac furiosos vocas. Vatinii causam agis. de Sestio male existimas. Bibulum petulantissimis verbis lędis. laudas Cæsarem quem maxime odisti, ei maxime obsequeris. aliud stans, aliud sedēs, de Repub. sentis. his male dicis, illos odisti, leuissime transfuga neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.

Romule Arpinas) Romulus fuit Romæ conditor. alterū se conditorem Cicero dixisse videtur, quum dixit Romam se Consule natā. Ideo Romulū Arpinatem appellat. Egregia tua virtute) Ironia est. Obtines) id est constanter tenes. Cui insidias fecisti in ciuitate ancillares) Ancillares hoc in loco superuacanea vox esse videtur. Nec eam vocem inuenio in codice eo, quem annis abhinc. xl. Venetiis Philippus Pincius impressit. Ea autem sententia est. Cn. Pompeio fecisti insidias, eum postq̄ ab exilio redisti coluisti & secut⁹ es. A nonnullis persuasus

Pompeio insidiæ a Cicerone factæ.

Pompeius est, sibi Ciceronem facere domi insidias. Cicero in oratione pro domo sua, Desinant, inquit, homines iisdem machinis sperare me restitutum labefactari posse, quibus antea stantem perculerunt. Quod enim par amicitiæ fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quam fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? Quis apud pop. Ro. de illius dignitate industrius, quis Senatui sæpius dixit? Quis tantus fuit labor? quæ simultas? quæ contentio? quam ego non pro illius dignitate susceperim? Quis ab illo in me honos? quæ prædicatio de mea laude? quæ remuneratio beneuolentiæ prætermissa est? Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in repub. bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ atq; officiorum omnium societatem certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt: quum iidem illum, vt me metueret, me caueret, monerent. Iidem apud me mihi illum esse vni inimicissimum dicerent. Idem in oratione pro P. Sestio de eodem Pompeio, Quem virum studiosum mei, cupidissimum reip. seruandæ domi meę certi homines compositi monuerũt, vt esset cautior: eiusq; vitæ a me insidias apud me domi positas esse dixerunt. Atque hanc ei suspicionem alii literis mittendis, alii nunciis, alii coram ipsi excitauerunt.

Dyrrhachium.

Dyrrachio rediisti) Dyrrachium fuit vrbs & portus in Epiro, quo in Græciam appellebant, qui Brundusio soluerant. De hac vrbe alio loco plura scripsimus. Cicero pro Cn. Planco suam profectionem describens Dyrrhachium se dicit venisse, inde in Macedoniam pertexisse. Quum igitur rediit Cicero, Dyrrhachio rediit. Quos tyrannos appellabas) Vt C. Cęsarem, M. Crassum, Cn. Pompeium.

Cicero Vatinio recõciliatus.

Vatinii causam agis) P. Vatinium Ciceronis inimicum fuisse constat ex oratione Ciceronis in eum, & ex libro Macrobii Saturnalium secundo. Eundem Cicero postea defendit & laudauit, vt scribit ad P. Lentulum libro Epistolarum familiarium primo. In libro earundem epistolarum quinto est epistola Vatinii ad Ciceronem, qua se absolutum fatetur. Authore Valerio Maximo libro quarto, de iis qui ex inimicis amici facti sunt, Cicero P. Vatiniũ dignitati suæ semper infestũ duobus publicis iudiciis tutatus est, vt sine vllo crimine leuitatis, ita cũ aliqua laude.

Sestius.

De Sestio male existimas) P. Sestius Ciceronis studiosus admodum fuit. Is in templum Castoris armatos homines deduxit, quo liberius de Ciceronis reditu ageretur. A Clodianis exceptus plus. xx. vulneribus concisus mortuus creditus est. Postea a quodam M. Tullio de vi accusatus est. Eum Cicero defendit. De eo quod male existimet Cicero alibi legere non memini.

M. Bibulus.

Bibulum petulantissimis verbis lædis) M Bibulum Cicero laudat in oratione in Vatinium testem. Bibulo collegæ C. Cæsar Consul abrogauit imperium, vt est apud Suetonium in vita Cæsaris. Is domi quum se continuisset, eam Bibuli for-

tunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victoriisq; Cicero antetulit: dixitque eosdem esse qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui se coegissent. vt scribit ad Publium Lentulum libro epistolarum familiarium primo, Laudas Cæsarem, quem maxime odisti) Caium Cæsarem Ciceroni iratum esse homines ignari veritatis putabant, eiusque saluti inimicissimum esse Publius Clodius dicebat, vt est in oratione pro Publio Sestio. Redisse se in gratiam cum Cæsare Cicero dicit in oratione de Prouinciis Consularibus, negatque vlli de republica bene merenti se amicum esse non posse. Vbi Cæsarem laudat, supplicationē xv. dierū, stipendiū & Legatos decē ad eū in Galliā mitti debere decernit. Leuissime transfuga) A re militari facta trāslatio est. Transfuga enim est, qui liber aut seruus, aut hostis voluntate sua ad hostes transierit, vt ait Sextus Pompeius. Neque in hac neq; in illa parte fidem habens) id est neque hæc, neque illa pars tibi confidit. Hanc Ciceronis leuitatem exprobrauit D. Laberius, quum dixit eum geminis sellis sedere solitum. vt est apud Macrobium libro Saturnalium secundo.

Cicero Cæsaris inimicus.

Trāsfuga.

c

M. TVLLII CICERONIS IN CRISPVM SALLVSTIVM RESPONSIO.



A DEMVM MAGNA voluptas eſt Criſpe Salluſti, æqualé ac parẽ verbis vitã agere: neque quicq̃ tã obſcœnũ dicere, cui non ab initio pueritię omni gñe facinoris ætas tua reſpõdeat: vt oĩs oratio moribus cõſonet. neq; enim qui ita viuit, vt tu, aliter ac tu loqui poteſt: neq; qui tam illoto ſermone vtit', vita honeſtior eſt. Quo me vertam Patres conſcripti? vnde initium ſumã? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior eſt vterq; noſtrum. Q; aut ſi de mea vita atq; actibus huic conuiciatori reſpondero, inuidia gloriam conſequatur: aut ſi huius facta, mores, omnem ætatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. Id vos ſi forte offendimini, iuſtius huic, quàm mihi ſuccenſere debetis, qui initium introduxit. ego dabo operam, vt & pro me minimo cum faſtidio reſpondeam, & in hunc minime mentitus eſſe videar. Scio me Patres conſcripti in reſpondendo non habere magnam expectationem, quòd nullum vos ſciatis nouum crimen in Salluſtium audituros, ſed omnia vetera recognituros, quis & meæ, & veſtræ iam & ipſius aures calent: verum eo magis odiſ

Illotus ſermo.

se debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum: sed ita ingressus est, vt neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari: longe vero fallitur opinione.

EA DEMVM magna voluptas est) Cicero respondet maledictis iis quæ obiecit Sallustius, aliaq; maledicta in Sallustium reiicit. Ea demum) id est ea solum, vel ea omnino. Hunc eñ locũ Valla libro vi. ita exponit. Illoto).i. impuro. Quo me vertam) Addubitatio est. Atq; actibus) Laurentius Valla libro quarto inter gesta & acta quid differat scribens, actis non actibus hoc in loco scribẽdum putat. Quod si scribi possit actibus, vt apud Lucanũ, Licet ingentes abruperit actus, minus mirari se dicit cur actus apostolorum magis q̃ acta dicamus. Idem tamẽ, vt dicit, actus sunt & actiones. Actiones pro actis postea Cicero vsurpat, Quos ego habui omniũ mearũ actionũ monitores. Quod aũt gesta dici Valla putauerit, apud scriptores vix inuenias. Hi enim res gestas non gesta dicere solent. Inuidia gloriã consequat̃) Meas enim res gestas prædicem necesse fuerit. Id sine aliorum inuidia facere nõ licebit. Procacitatis).i. maledicentiæ. Id).i. propter id. Aures calent) Sallustii crimina tam sæpe auditis, vt sæpe audiendo aures vestræ quasi caleant. vt cũ Vergilius libro Aen. quarto diligentẽ formicarũ in aceruo farris cumulando laborẽ describere voluit, illud dixit, Opere omnis semita feruet. Qui ne incipiens quidem peccare &c.) Sẽtentia est, Quum cœpit Sallustius peccare, non fuit principio, vt vulgo dicunt, addiscens, sed illico peritus in peccãdo magister. Qua ratione summam eius improbitatem demonstrat. Nemo enim, vt ait Quintilianus, repente fit malus. Hic autem repente tam improbus factus est, vt omnes vicerit improbitate sua, nec postea in vita reliqua ipse fuerit improbior, quam fuit principio. Ponere rudimentũ est facere initium quod rude sit, non politum nec absolutum. Ingressus est).i. cœpit. Ingredi pro incipere Quintil. quã Cicero vsurpat sæpius. Aggredi Ciceroni magis familiare est. Præterire).i. vincere. Nihil aliud studet) Vt Titinnius in Psaltria auctore Prisciano libro septimo, Ferentinatis populus res græcas studet. Vt lutulentus sus cum quouis volutari) vt lutulentus sus cũ quouis volutari vult, vt luti sordes eluat, ita Sallustius improbitate tanq̃ repletus, eã in alios euomit, vt ea eiecta se eluat.

Acta, actus & actiones

Gesta latine non dicuntur

Calent aures.

Ponere rudimentũ

Studet aliud.

Non enim procacitate linguæ vitę ſordes eluuntur. ſed eſt quædam calumnia, quam vnuſquiſq; noſtrum teſtante animo ſuo fert, de eo, qui falſum crimē bonis obiectat. q; ſi vita iſtius memoriam vicerit, illam P.C. non ex oratione eius ſed ex moribus ſpectare debebitis. Iam dabo operam q̃ maxime potero, vt breue id faciā. Neq; hæc altercatio noſtra vobis inutilis erit P. C. Plerunque enim Reſpub. priuatis creſcit inimicitiis: vbi nemo ciuis qualis ſit vir poteſt latere. Primum igitur quoniam omnium maiores Criſpus Salluſtius ad vnum exemplū & regulam quærit, velim mihi reſpondeat, nunquid hi, quos protulit Scipiones & Metellos, ante fuerint aut opinionis aut gloriæ, quàm eos res ſuæ geſtæ & vita innocentiſſime acta commendauit? q; ſi hoc fuit illis initiū nominis & dignitatis, cur non æque de nobis exiſtimetur cuius & res geſtæ illuſtres, & vita integerrime acta? quaſi vero tu ſis ab illis viris Salluſti ort9. q; ſi eſſes, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret.

Calumnia) id eſt malitioſa & mendax infamatio. Fert) id eſt habet & iudicat. Nemo ciuis) id eſt nullus ciuis, vt nemo poeta, nemo orator, nemo Senator aliaq; generis eiuſdē multa dici ſolent. Poteſt latere) eius enim vitia inimicus diligenter inquirit. Itaque ſtudet vt ſit & habeatur bonus ciuis. Primum igitur) Abſoluto proœmio accedit Cicero, vt maledictis reſpondeat. Ad vnum exemplum & regulam) Vt omnium maiores ſint ciues Romani & viri Conſulares. Ad id reſpondet. quaſi vnus reliquus ex familia viri clariſſimi &c. Itēque ad id, Orote Romule Arpinas &c. Aut opinionis aut glorię) Authore Valla libro tertio illud dicitur, magna authoritate eſt vir, vel magnę authoritatis. ſed raro ſine adiectiuo, dūtaxat in genitiuo. Nam in ablatiuo nunquā. Vt Cicero in Salluſtium, Nūquid quos protulit Scipiones & Metellos ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ. Eſt illa igitur ſententia, Nun-

Nemo ciuis.

quid Scipiones & Metelli famam & gloriam ante consecuti sunt,quam eos suæ res gestæ,& vita innocentissime acta commendauit? Nunquid quos protulit. Idem Valla eodem libro scripsit hunc locum ab aliis legi, Nunquid eos quos protulit &c.ab alijs,Nunquid ij quos protulit.ab aliis,Nunquid quos protulit. Hoc)id est res gestæ & vita innocentissime acta. De nobis existimetur,cuius)Nobis est pluralis pro singulari. ideo relatiuum cuius numeri singularis ad rem significatam nõ ad dictionem refertur. Nobis cuius.

Ego meis maiorib9 virtute mea preluxi. vt,si prius noti non fuerint,a me accipiant initium memoriæ suę. Tu tuis vita,quã turpiter egisti,magnas offudisti tenebras: vt etiam si fuerint egregii ciues,certe venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos meos obiectare. Sati9 est enim me meis rebus gestis florere, q̃ maiorum opinione niti: & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum. Neque me cum iis conferri decet P.C.qui iam decesserunt, omnique odio carent & inuidia:sed cum iis,qui mecum vna in Repub. versati † sunt. †fuissent.

Meis maioribus)id est patri,auo, abauo aliisque.authore Valla libro vj.omnes qui ante nos fuerunt, qui liberos in nostra ciuitate reliquerunt,maiores dicũtur.qui vero post nos,posteriores aut posteri. His exẽplis vtitur,vt id doceat,refutetque Pauli iurisconsulti sentẽtiam,qui maiores esse dixit,qui fuissent ante patres, auos,proauos,abauos,tritauos:vt posteriores,qui post trinepotes futuri essent. Præluxi)Preluce re proprie dicitur seruus qui ardentem tædã præfert. Suetonius in vita Augusti, Per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset,seruumq; prelucentem exanimasset. Per translationem fuisse maioribus Cicero dicit preluxisse.Quemadmodum enim qui tædam prefert,prelucet ijs,qui alioqui in tenebris essent:ita Cicero maiores suos,qui tan quã in tenebris erant,virtute sua illustrauit. Quã turpiter egisti)Sallustij vita quã turpis,quã libidinosa fuerit legere licet apud Crinitum in eiusdem vita. Antiquos viros)Apud Vallam melius scriptum est,an- Maiores qui sint. Posteri q sint. Prelucere

Antiqui pro maioribus.

tiquos meos. Antiquos autem appellat maiores. Opinione)id est dignitate & gloria. Cum iis)maioribus meis.

Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus: non hanc dico popularem ambitionē, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit: aut in gerendis magistratibus aut in vindicādis maleficiis tam seuerus, aut in tuenda Repu. tam vigilans, quam tu proscriptionem vocas: credo ꝙ non omnes tui similes incolumes in hac vrbe vixissent. At quanto meliore loco Respub. staret, si tu par ac similis scelestorum ciuium, vna cum illis adnumeratus esses. An ego tunc falso scripsi, Cedant arma togę, qui togatus armatos, & pace bellum oppressi? An illud mentitus sum/ Fortunatam natam me Cōsule Romam, qui tantum intestinum bellum ac domesticum vrbis incendium extinxi? Neq; te tui piget homo leuissime? cum ea culpas, quæ in historiis glorię mihi ducis. An turpius est P. C. scribentem mentiri, quàm illum palam hoc ordine dicentem? Nam ꝙ ętatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu es a pudicitia.

Ambitio duplex.

Sed si fuerim)In codicibus aliis scriptum est, Sed si fuissem. Respondet ad ea, quæ de Cōsulatu sibi obiecit Sallustius. Popularem ambitionē) Ambitionis duo genera significat. Vnum quum quis gerens magistratum, operam dat, vt quod vtile & gratum populo sit, efficiat. Alterum cum quis petens magistratum largitione populum corrumpit. Contra quam latę sunt leges de ambitu, quales fuerunt Carpurnia & Tullia. Primos ordines ducit) id est princeps est. In vindicandis maleficiis)id est puniendis coniuratis. Maleficia dicit, pro iis qui vulgo

malefactores dicuntur. Quam tu proscriptionem vocas) Nam dixit Sallustius, Quę crudelissima in proscriptionem ciuium perpessa est.
Credo quod non omnes) De iis enim sumptum fuisset supplicium.
Scelestorum ciuium) id est coniuratorum.
Neque te tui piget) In codice alio scriptum est, Nunquid te tui piget.
Quæ in historiis) de bello Catilinę. Ciceronis enim vigilantiam, diligentiam, virtutem in emenda & opprimenda coniuratione Sallustius commendauit. Scribentem mentiri) Prima historiæ lex est, vt ait Cicero libro de Oratore secundo, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri tacere audeat, ne qua suspitio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. Eodem quoq; eodem in libro authore historia testis est temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis.
Scribentem) id est historicum. Historiæ lex.
Quam illum) In codice antiquo est, quam illud. Est autem sententia. Tu de me mentitus es aut in historiis, aut in oratione, quã in me modo in Senatu habuisti. Nam pugnantia dixisti. In scribenda historia mentiri turpe est, mentiri præsente Senatu minus turpe non est.
Nam quod ætatem) Nam incœptiua particula est. Nam quod accipi pro eo quod est, quod autem, aut quod vero scripsit Valla libro secundo, citatque locum eum qui paulo post sequitur, Nam quod ista inusitata rabie &c. Nam quod significat quod vulgo dicũt, quantum ad id. Nã quod.
Aetatem increpuisti) id est adolescentiam vehementer repræhendisti & vituperasti: vt in oratione in Vatinium testem. Eius viri discessum increpas, quem vides omnium ciuium desiderio, ipsius denique Reip. luctu esse reuocatum. Increpuisti ętatem.

Sed quid ego de te plura loquar? Quid enĩ mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam vt vitiũ obiicere? cuius semper nocens eguisti patrocinio. An vllũ existimas posse fieri ciuem egregium, qui nõ his artibus & disciplinis sit eruditus? an vlla alia putas esse rudiméta & incunabula virtutis? quib9 animi ad gloriæ cupiditatẽ alũtur. Sed minime mirũ est P.C. si homo qui desidię ac luxurię plen9 sit, hæc vt noua atq; inusitata miratur.

Nam q̀ ista inusitata rabie petulanter in vxorem & in filiam meam inuasisti, quę facilius mulieres se a viris abstinuerunt, q̄ tu vir a viris, satis docte ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum vt vicissim tuos compellarem. Vnus enim satis es materiæ habens: neq; quicquam domi tuæ turpius est, q̄ tu. Multum vero te opinio fallit, qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari, quæ mihi multo minor est, q̄ habere dignus sim: atq; vtinam ne tanta quidem esset quanta est: vt potius amici mei viuerent, q̄ ego testamētis eorū locupletior essem. Ego fugax Crispe Sallusti: furori Tribuni plebis cessi: vtilius duxi quamuis fortunam vnus experiri, q̄ vniuerso populo Romano ciuilis esse dissensionis causa, qui posteaq̄ ille suum annum in repub. perbacchatus est, omniaq; quæ commouerat, pace & ocio resederunt, hoc ordine reuocante atq; ipsa repub. manu trahente me, reuerti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum vniuersi vos Populusq; Ro. frequens aduentu meo gratulatus est: tanti me fugacem, mercenarium patronum hi æstimauerunt. Neq; hercle mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias existimaui. Non enim vni priuatim ancillatus sum: neque me addixi: sed quantum quisq; reip. studuit, mihi tantum fuit aut amicus aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, q̄ pacem. Multi priuatorum audacias timuerunt, ego nihil timui nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt, ego nunq̄ volui quicq̄ posse nisi pro vobis. Multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaq; non est mirum, si nullius amicitia vsus sum, qui nō perpetuo reip.

amicus fuit. Neq; me pœnitet, si aut petẽti Vatinio reo patrociniũ pollicitus sum, aut Sestii insolentiã repressi, aut Bibuli patientiã culpaui, aut virtutibus Cæsaris faui: hæ laudes egregii ciuis & vnicæ sunt.

Sed quid ego de te plura querar) In codicibus aliis melius scriptũ est, loquar q̃ querar. Cuius semper nocens) Bis enim ad iudicis subsellia Sallustius attractus est. Mutuam tibi gratiã relaturũ) Referre gratiã, quia in bonam partem fere dicimus, in malã hoc in loco dici attendendum est. Tuos) Vxorẽ & liberos. Ex mea re familiari) .i. ex mea opulentia. Vt potius amici mei viuerent &c.) vt in .ii. Philip. Hæreditates mihi negasti venire. Vtinã hoc vnũ verũ crimẽ esset: plures amici mei & necessarii viuerent. Sed qui istuc tibi venit in mentẽ? Ego enĩ amplius sestertiũ ducenties acceptũ hęreditatib⁹ retuli. Quanq̃ in hoc genere fateor fœliciorẽ esse te. Me nemo nisi amicus fecit hæredem, vt cum illo commodo, si quod erat, animi quidam dolor iungeret. Te is quem nunq̃ vidisti L. Rubrius Cassinas fecit hæredem &c. Ducenties sestertiũ valet quingenta milia aureorum, vt collegit Budęus de Asse.

Sallustius bis causã dixit.

Referre mutuam gratiam.

Cicero factus diues amicorũ hęreditatibus.

Furori Tribuni pl. cessi) P. Clodius Tribunus pl. vt inimicum suum Ciceronem vlcisceretur, eũ vocauit in iudiciũ, quod de ciuibus Ro. indicta causa suppliciũ vltimũ sumpsisset. Res eo redacta est, vt Ciceroni fuerit vel cũ Clodio armis decertandũ, vel ex vrbe discedendum. Vt armis decertaret amici hortabantur, atq; auxiliũ pollicebantur. Sed videbat Cicero decertari non posse sine magno reip. incõmodo, itaq; maluit ex vrbe discedere, vt fusius dicit in oratione pro P. Sestio. Quãuis) .i. quãcũq;. Suũ annũ) quo erat Trib. pl. Tribunatus enĩ annuus erat.

Ciceronis discessus in exiliũ

Pace & ocio resederũt) postquã abiit Tribunatu. Animo quidẽ meo) id est mea volũtate, meo iudicio. Superet) Reliquã vitã meã. Populusq; Ro. frequens) Cicero mẽse decimo postq̃ discesserat reuocatus maxima celebritate exceptus est. Dum enĩ redeuntẽ eum cõplecterentur, eiusq; aduentui gratularẽtur, diẽ ferme totũ eẽ consũptũ, vt Demostheni Athenas reuertẽti contigit. Auctor est Appianus libro secũdo. Neque hercule mirũ est) Ciceronis leuitatẽ in amicitiis Sallustius reprehẽderat. Ad id Cicero respõdet. Ancillatus sum) .i. seruiui. Vt a seruo seruire, ita ab ancilla ancillari deducitur. Titinnius apud No. Marcellũ, Dotibus deliniti vltro etiã vxoribus ancillãtur. Hæc aũt vox rara est.

Ciceronis reditus ab exilio.

Ancillari.

Me addixi) .i. in tẽporariã seruitutẽ dedi, quod faciũt qui obærati sunt. Inter seruũ & addictũ quæ sit differentia Quintilianus libro vii. de definitione præcipiens, explicat. Ex addictis hic trãslatio sumit.

Addicere.

Audacię. Audacias) Ratū est vt audacias in numero plurali dicamus, vt Acti one in Verrē quinta, Vultis istorum audacias ac libidines aliqua ex parte resecare? Et pro P Sylla, Quantas audacias, q̄ incredibiles furores, quas notas scelerum, quæ indicia parricidiorū, quātos aceruos facinorū reperietis? Audacias timuerunt Melius timuerūt, q̄ metuerunt, vt in codicib⁹ aliis scriptū est. Quicq̄ posse) id est vllam potestatem habere. Ex vobis) id est ex vestro ordine Senatorio. quales fuerūt P. Clodius, A. Gabinius, L. Piso, C. Cæsar. Virtutibus) .i. fortitudini & strenuitati.

Quæ si tu mihi vt vitia obiicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum Patres conscripti, non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Sed vbi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc vt ad te reuertar Salusti, patremq; tuum prætereeam: qui si nunquam in vita sua peccauit, tamen maiorem iniuriam reipub. facere non potuit, q̄ q; te talem filium genuit: neq; tu siqua in pueritia peccasti, exequar: ne parentem tuum accusare videar, qui eo tempore summam tui potestatem habuit: sed qualem adolescentiam egeris. hac enim demonstrata, facile intelligetur q̄ petulanti pueritia† tam impudicus & procax adoleueris. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit, & ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris, vt quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile reputare Patres conscripti vtrum inhonestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit. Domum paternam viuo patre turpissime venalem habuit, vendi

dit, & cuiquam dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum quo hic nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia? Neque pudet eum a me quęrere, quis in Publii Craſſi domo habitet, cum ipſe reſpondere non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. At hercule lapſus ætatis tyrocinio, poſtea ſe correxit: non ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegii Nigidiani: bis ad iudicis ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit, vt non hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur.

Temeritas tua) Qui amicos etiam minime ſtudioſos reipub. retineas, nec in amicitiã aſciſcas eos qui reip. ſtudioſi ſunt. Actionum) id eſt actorum. Maiorẽ iniuriã &c) Magna eſt Salluſtiorum patris & filii vituperatio. Neq; tu ſi quę in pueritia peccaſti) Legi etiã poteſt, neq; quę in pueritia peccaſti: Eadẽ vtrobiq; ſententia eſt. Sed qualem adoleſcentiã egeris) exequar. Poſteaq̃ immenſæ gulæ) Salluſtius in gratiã Cæſaris Cn. Pompeium ſcriptis ſuis vituperauit, eumq; ore improbo atque animo inuerecundo eſſe ſcripſit. Quocirca Lenæus Pompeii libertus Salluſtium acerbiſſima ſatyra lacerauit, nebulonem, lurconem, popinonẽ, laſtaurum quaſi meretriculam & ſcortum, & vita ſcriptiſq; mõſtroſum appellans, vt ait Suetonius libro de Illuſtribus grãmaticis, (Salluſtius Põpeiũ vituperauit. Lenæus Põpeii libertus. Salluſtij vituperatio.)

Exoleuerat) id eſt pręterierat, & creſcendi finẽ fecerat. Vnde exoleti dicuntur auctore Sex. Põpeio, qui creſcere deſierũt. Cupiditatibus) id eſt libidinibus. Turpiſſime venalẽ habuit) Id factum creditum eſt, vt iudices corrumperet, apud quos de adulterio cauſam dicturus eſſet. Neq; pudet &c) Illud ſæpe facit Cicero, vt idem crimen aut ſimile in aduerſarium retorqueat, quod aduerſarius obiecerat. Tyrocinio) id eſt inſcitia & ignorantia. Abiit in ſodalitiũ ſacrilegii Nigidiani) Hoc ſacrilegium Nigidianũ, cuius conſcius fuit Salluſtius, quod fuerit, legere non memini. Nec de Publio Nigidio Figulo vt homine doctiſſimo, ita viro probatiſſimo credendum eſt. Ad iudicis ſubſellia) Auctore Aſconio Pædiano in Diuinationem Ciceronis ſubſellia ſunt Tribunorum, Triũuirorũ, Quęſtorũ, & huiuſmodi minora iudicia exercentiũ, q nõ in ſellis curulib9, nec tribunalib9, ſed in ſubſelliis cõſidebãt. Bis ad iudicis ſubſellia attract9). i. bis in iudiciũ de adulterio vocatus. Extrema (Exoleti. Subſelliã iudicum.)

fortuna ſtetit).i.fuit in periculo maximo, vt cõdẽnaretur, vt extrema fortuna ſit ablatiui caſus. Iudices peieraſſe).i.iudices corruptos eſſe, iudices enim in leges iurabant; vt obſtricti religione iudicarent, vt ait Aſconius Pædianus.

Iudices in leges iurabant.

Primum honorem in quęſtura adeptus, hunc locũ & ordinem deſeruit deſpectus, cuius aditus ſibi quoq; ſordidiſſimo homini patuiſſet. Itaq; timẽs ne facinora ſua clã vobis eſſent, cũ omnib9 matrib9familias veſtris opprobrio eſſet, confeſſus eſt vobis audiẽtibus adulteriũ, neq; erubuit ora veſtra. Vixeris vt libet Salluſti, egeris quæ volueris: ſatis ſit vnum te tuorũ ſcelerum conſcium eſſe, noli nobis languorem & ſoporem nimiũ exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia noſtrarum vxorum: ſed ita experrecti non ſumus, vt a te cauere poſſimus. Audacia tua vincit ſtudia noſtra. Ecquod hunc mouere poſſit P. C. factum ac dictum turpe, quẽ non puduit palam vobis audientibus adulterium confiteri? Q; ſi tibi nihil per me reſpondere voluiſſem, ſed illud Cenſorium elogium Appii Claudii & L. Piſonis integerrimorũ virorum, quo vſus eſt quiſq; eorum, pro lege palam vniuerſis recitarem: nonne tibi viderer ęternas inurere maculas? quas reliqua vita tua eluere non poſſit?

Primũ honorẽ).i.primũ magiſtratũ. Hunc locũ & ordinẽ) in codice S. Victoris ſcriptũ eſt, hũc locũ ſecutus eſt & ordinẽ deſpectus.i.abiectus homo Senator factus eſt. Sibi quoq;) ipſi melius quã ſibi ſcribendum videretur. Id referri videtur ad Senatũ contra fas a Cęſare auctũ, vt eſt apud Macrobiũ libro Saturnaliũ ſecũdo. Quum omnibus matribus familiarũ opprobrio eſſet) in codicibus aliis ſcriptũ eſt, quũ omnibus matrũ familiarũ viris. Valla autem libro. vj. ſcribẽs opprobriũ aliquãdo in facto eſſe ſed ſæpius in verbo, idq; eſſe quaſi exprobrationẽ atq; cõuiciũ hunc locũ ita legit, Itaq; timens ne facinora eius clã vobis eſſent, quũ omibus matribus familias veſtris opprobrio eſſet cõfeſſus eſt vobis audiẽtibus adulteriũ. Nã Salluſtius, inquit Valla, vel ex eo quod fœminis

quibuſcũ ſe vſum habuiſſe notũ erat, vel quod ipſe illis vulgo impudicitiã obijciebat, opprobrio erat. Eſt autẽ materfamilias quę in manum viri per coemptionẽ conuenit: vt eſt apud Bœthiũ libro cõmentariorũ in Topica Ciceronis ſecũdo. Cõfeſſus eſt adulteriũ) vt paulo poſt, Quẽ non puduit palã vobis audientibus adulteriũ confiteri. Sæpius ante a Latinis dici de adulterio cõfiteri alio loco ſcripſimus. Ora veſtra).i. veſtrã, vt vulgo dicũt, pręſentiã. Erubuit ora veſtra, genus hoc dicendi ad notandũ eſt, quia vſitatũ nõ eſt. Experrecti) hoc ad ſoporem refertur.

Materfamilias. Confeſſus eſt adulterium. Erubuit ora veſtra.

Vt a te cauere) Caueo te & caueo a te dicimus. Prius vſitatius eſt. De eo alio loco plura ſcripſimus. Studia).i. diligentiam noſtram & vigilantiam. Per me).i. meis verbis, mea oratione. Cenſoriũ elogiũ).i. Cenſorũ teſtificationẽ in tabulas Cenſorias relatam. De elogio ſcripſimus in Catonẽ maiorẽ Ciceronis. Significat autẽ Appiũ Claudiũ & L. Piſonẽ Cẽſores eieciſſe Salluſtiũ Senatu propter cõfeſſa adulteria, aliaſq; libidines. Integerrimorũ virorũ) Haud ſcio an ſit L. Piſo, quẽ tam grauiter multis in locis Cicero inſectatus eſt. Id ſi ita eſt, recõciliata inter eos gratia credẽda eſt, vt fuit inter eũdẽ Ciceronẽ & A. Gabiniũ, quẽ repetũdarũ reũ Cicero defendit, vt ait Valerius Maximus lib. iiij. de iis qui ex inimicis amici facti ſunt.

Neq; poſt illũ delectũ Senatus vnq̃ te vidimus: niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quo omnis ſentina Reip. confluxerat. At idem Salluſtius, qui in pace ne Senator quidẽ manſerat, poſteaq̃ Reſp. armis oppreſſa eſt: & idẽ victores, qui exules, reduxit: in Senatũ poſt quæſturã eſt reductus, quẽ honorẽ ita geſſit, vt nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit: ita igitur egit, vt nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet: neq; aliter vexauit ac debuit, ſi quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet. Peracta quæſtura, poſteaquàm magna pignora eis dederat, cum quibus ſimilitudine vitę ſe coniunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis erat exemplar Salluſtius: quo tanquàm in vnam voraginem cœtus omnium vitiorum exceſſerat, quicquid impudicorũ †Cydonum, parricidarũ, ſacrilegorũ, debitorũ fuit, in vrbe, municipiis, coloniis. †Chilonũ

Italia tota, sicut in fretis subsederant, nominis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licētia vitiorum & cupiditate rerum nouarum. At posteaq̄ Prætor est factus, modeste se gessit & abstinenter. Nonne ita prouinciā vastauit, vt nihil neq; passi sint neq; expectarint grauius in bello socii nostri, quàm experti in pace, hoc Aphricam interiorē obtinente? vnde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traiici, aut in naues contrudi. tantum inquam P. C. exhausit, quantum voluit. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. ꝙ si quippiam eorum falsum est, his palam refelle. vnde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanq̄ somnio beatus, hortos preciosissimos, villam Tyburti, C. Cæsaris reliquas possessiones paraueris.

Post illum delectum Senatus) factum à Cēsoribus, qui te notauerunt. In ea te castra) id est in castra Cæsaris contra Pompeiū. Quo omnis sentina Reip.) Trāslatio est, quia Cicero fœditatem hominum significat vt ait Quintilianus libro. viii: Vt inuectiua in Catilinam prima, Sin tu, quod te iandudū hortor, exieris, exhaurietur ex vrbe tuorū comitū magna & perniciosa sentina Reipub. Et inuectiua secunda, O furtunatam Rempub. si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. Sallustius in Catilina, Primū omniū, qui vbiq; probro atq; petulantia maxime præstabant. Item alii, qui per dedecora patrimonia amiserant. Postremo omnes quos flagitiū aut facinus domo expulerat, hi Romā sicuti in sentinā confluxerant. In ciuili bello Cæsaris & Pompeii omnes boni ciues Pōpeiū, improbi Cæsarē secuti sunt. In pace) ante bellū ciuile. Et idē victores qui exules) ita in cōdicib⁹ prope omnib⁹ scriptū inuenio. Quia tamē sentētia mihi satis libera visa nō est, arbitror legēdū, a victore eo qui exules reduxit, vt ea sentētia sit, Sallustiū primū in Quęsturā, deinde in Senatū, a Cęsare victore reductū. Cæsar enī authore Sueton. Prętorū, Aediliū, Quæstorū, minorū etiā magistratuū numerū āpliauit: nudatos opere Cēsorio, aut sentētia iudicū de ābitu cōdemnatos restituit.

Sentina Reip.

Exules reducti a Cęsare.

Quē honorē).i.Quęsturā. At verū)id est iustū. Verū pro iusto,& iustū pro vero dici probat Budęus in adnotationib⁹ in Pandectas. Neq̧ aliter vexauit ac debuit &c.) Sententia est, Sallustius non aliter vexauit, quā debuit is qui magistratū loco prędę accepisset, si quis prædę loco magistratum accepisset, vt accepit Sallusti⁹. Verū pro iusto.

Magna pignora)id est magna dona, quæ amoris monimenta forent.

Erat exemplar)quod tanq̄ imitandū sibi ille hominū grex proponeret. Quo).i.in quē gregē vel in quē Sallustiū. In vnā voraginē)id est in abyssum. Cillonū).i.cynedorū. Hunc enim locū ita explicat Crinitus cap.viij.libri.vii.vbi ex Sex.Pompeio decet chilones appellari qui sint labris maioribus, & cilones sine aspiratione & cum vno l,qui fronte prominentiore sunt. Sicut in fretis subsederant) Si emendata lectio est, sententia est, omne hoc genus hominum in hoc grege sicut in mari, quo omnis aqua profluit, subsederat. Nulla in parte) Meli⁹ scribatur nulla ex parte. Modeste se gessit) Ironia est. Socij nostri)Afri. In bello).i.si quod bellum gereretur. Fide nominum).i.fide debitorū. Mutuam enim pecuniam nonnullis crediderat, quam traijciendam.i. transportandam Romam curarent. Ne causam diceret) repetundarum. Sestertium duodecies).i.triginta millib⁹ aureorum. Modo).i. antequam Prætor esses. Relinere potueris) redimere non relinere in codicibus alijs scriptum est. Hortos preciosissimos) Hi sunt horti Sallustiani a scriptoribus Latinis multum celebrati. De his est apud Pomponium Lætum in libro de Romanorum antiquitatibus. Villā Tyburti) Tyburtū enim vt Tybur dicitur. Estq̧ oppidum ab vrbe Roma distans millia sex & decē. Hāc villā C.Cęsaris antea fuisse significat. Cillones, cilones & chilones. Tyburtū.

Neq̧ piguit quærere, cur ego P.Crassi domū emissem, cum tu veteris villæ dominus sis, cuius paulo ante fuerat Cæsar: modo inquam patrimonio non comeso, sed deuorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens & tam beatus? nam quis te faceret hæredem, quē ne amicum quidem suum satis honestū quisq̄ sibi ducit, nisi similis ac par tui? At Hercule egregia facta maiorū tuorū te extollūt. quorū siue tu similis es, siue illi tui, nihil ad tuū scelus ac nequitiā addi potest. Verū vt opinor honores tui te faciūt insolentē. Tu C. Sallusti tanti

dẽ putas eſſe bis Senatorẽ, & bis Quęſtorẽ fieri, quãti bis cõſularẽ & bis triumphalẽ. Carere debet om̃i vitio qui in alterũ paratus eſt dicere. Is demũ maledicit, qui nõ poteſt verũ ab altero audire. Sed tu oĩm menſarũ aſſecla, oĩm cubiculorũ ĩ prima ętate pellex, & idẽ poſtea adulter, oĩs ordĩs turpitudo es & ciuilis belli memoria. Quid eñ grauiꝰ pati potuimꝰ, q̃ ꝙ te incolumẽ in hoc ordine videamus? Deſine bonos petulãtiſſima inſectari lingua: deſine morbo procacitatis iſto vti: deſine vnum quẽq; moribus tuis exiſtimare: his moribꝰ amicũ tibi facere nõ potes: videris velle inimicũ habere. Finẽ dicẽdi P.C. faciã. Sępe eñ grauius vidi offendere aĩos auditorũ eos, qui aliena flagitia apte dixerũt: q̃ eos q cõmiſerũt. Mihi qdẽ ratio habẽda eſt, nõ qd Salluſtiꝰ merito debeat audire, ſed vt ea dicã, ſi qua ego honeſte effari poſſũ.

Comeſum — Veteris villę) Tyburtinę. Nõ comeſo) Autore Priſciano lib. x. a comedo comeſum & comeſtũ inuenit. Quibus rationibꝰ) .i. quibꝰ modis. Nihil ad omniũ ſcelus) In aliis codicibꝰ melius ſcriptũ eſt, nihil ad tuum ſcelus. Tantidẽ putas eſſe &c.) Bis conſularẽ, itẽq; bis triũphalẽ eſſe maximũ eſt. Bis aũt Senatorẽ & bis Quęſtorẽ fuiſſe, id parui ducendũ eſt.

Aſſecla. — Nihil eſt igitur cur inſolẽtior fiat Salluſtius, qui fuit bis Senator & bis Quæſtor, cũ bis cõſularis & bis triũphalis non ſit. Omniũ menſarũ aſſecla) Ab aſſequendo aſſecla dictus eſſe videt, vt menſarũ aſſecla ſit is q alienas menſas ſequat. No. vero Marcellus aſſeclas dictos putat, ꝙ adſint, & om̃ibꝰ iuſſis dominorũ pręſto ſint. Itaq; aſſeclæ ſerui ſunt aut miniſtri. vt lib. de Diuinatiõe ii. Is cũ ei Troginorũ Tetrarchiã eripuiſſet. & aſſeclæ ſuæ Pergameno neſcio cui dediſſet. Et Act. in Verrẽ tertia, Se cũ partes eſſent hoſpitũ recipiendorũ, tũ ipſos tamẽ Prætores & Coss. non Legatorũ aſſeclas recipere ſolere. In prima ætate) .i. in pueritia & adoleſcẽtia. Poſtea) .i. ætate maiore. Petulantiſſima cõſectari lingua) Inſectari non conſectari apud Vallam libro quarto ſcriptum eſt. Moribus tuis) id eſt ſecundum mores tuos.

Sub prælo Aſcenſ. Menſe Maio Anno M.D.XXXII.